

1713 [= 1572] Beneventi in Sophiae turri campanaria MET. similiterque RELIQVI. — Sub porticu S. Deodati GRVT. errore.

Q · CAESELLIVS · Q · L · SVRVS	Q · CAESELLIVS · Q · L
MERCATOR	PAMPFILVS · PATRONVS
DOMATIA · Q · L · FAVSTA	DOMATIA · Q · L · TALIA
C · DOMATIVS · Q · L · PYLAX	PATRONA
5 MERCATOR	ALBANVS · DELICIA
Q · CAESELLIVS · SVRVS · ET · DOMATIA · TALIA	
VIVI · SIBI · ET · SVEIS · FECERVNT	

Grut. 965, 7 e. Verdero eodemque exemplo Vallambertus apud Metellum Vat. 6039 f. 364^{b'}; Accursius II n. 20; Gualterus n. 59; Verusius R. f. 67, B. f. 37 (inde de Vita cl. VIII n. 6 cf. p. 166; ex eo Donat. 317, 5); Barb. 30, 135 f. 19'. 25. A prioribus Garrucci Ben. p. 161.

I, 4 C·L Ver. (Rom. m. 1). — PYLAX Acc. Barb. 19 Ver., PILAX Barb. 25, PYIAX Gualt. — II, 1 Q·L Gualt. Ver. (Rom. m. 1), D·L Acc. Ver. (Rom. m. 2, Ber.), Barb. 25, Q·L Barb. 19. — Exemplum Gruteri Metellique ipsum subieci, quoniam hinc praesertim, maxime ex versuum divisione falsa, sed apud utrumque aequabili certissime colligitur pendere eos ab auctore communi: Q·CAESELLIVS·Q·L·SVCVS· (Grut. Met. 2, SVTVS Met. 1, SVRVS Met. 3) Q·CAESELLIVS·Q·L·MERCATOR·PAMPFILVS·PATRONVS (PATERNVS Met.) ·DOMATIA·Q·L·FAVSTA·DOMATIA·Q·L·TALIA·C·DOMATIVS·Q·L·PIAX·PATRONA·MERCATOR·ALBANVS·DELITIA·Q·CAESELLIVS·SVCVS (SVRVS Met.) ET (EX Met.)·DOMATIA·TALIA·VIVI·SIBI·ET·SVEIS·FECERVNT. — Barberini errores inutiles omisi.

Fecerunt sepulcrum coniuges Q. Caesellius Q. l. Surus et Domatia Q. l. Talia sibi ita, ut maritus praeterea patrono locum daret, uxor libertis duobus Faustae et Phylaci; quapropter et in mariti patrono et in uxore patroni vocabulum adscribitur, quippe quorum simul nominentur liberti.

1715 [= 1590] Beneventi in S. Petro RED. in aedibus Thomae Hieremiae GRVT.

A · CLODIO A · F · MEDICO
DEMETRIVS · LIB · SIBEI · ET
CLODIAI · A · L · ALEXAND · ET
CLODIAI · A · L · GLYCERAI
5 H · M · H · N · S

Duo exempla extant alterum Rediani libri f. 117['] n. 14, alterum Franci Cic. n. 12 et apud Accursium n. 7 et apud Grut. 633, 8 e Verdero (inde Verusius B. f. 30; de Vita p. 208 et cl. VIII n. 3) et apud Metellum Vat. 6039 f. 364 e Vallamberto, si quidem et hic pendet ex Franco.

1716 Beneventi. E domo Bisogni prope oratorium divi Augustini venit in lyceum PALL.

M · EGNATI
M · L · PAMPHILI
CARBONARI
IN · FR · P · XII
5 IN · AGR · P · X

Descriptus Heydemann, Hirschfeld, Pallante, ego. Heydemann *Bullett. dell' inst.* 1868 p. 100; Garrucci Benev. p. 158.

1721 [= 1658] litteris antiquis. Beneventi in Sophiae MET.; in pavimento add. ACC. GVALT. Hodie in lyceo.

P · MARCIVS · P · L
PHILODAMVS
TECTOR · SIBI ·
SVEISQVE · HIC
5 IVCVND · SEPVLTA
EST · DELICIA · SVS

Descripti. Francus Cic. n. 5; Sim. Vallambertus apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 364['] (inde Smet. ms. Neap. p. 271, ed. 99, 8 ab amicis; Manutius orth. 282, 7; Panvinius Vat. 6035 f. 146; Ligorius Taur. 4; Grut. 642, 10 e Smetio); Accursius II n. 22; Gualterus n. 61; Barb. 30, 135 f. 26[']; de Grosso f. 9[']; Verusius R. f. 17, B. f. 38; Pacichelli *mem. de' viaggi* 1685 t. IV p. II p. 184, *lett. fam.* 1, 82; de Vita cl. VIII n. 40 (inde Donat. 320, 6); Garrucci Ben. p. 160. Orelli 4288.

Hodie principii versuum imminutis l. 5 primae litterae deficiunt.

1717 [= 1610] Beneventi iuxta aedes I. Ferrelli VALL. domi quae est caupona dicta Anglicana VER. (Ber.), in quodam diversorio sub platea VER. (Rom.), prope forum venale via inferiore DE VITA.

D · M
ET · MEMORI
AE · EPIGONI
ACTORIS
5 FIDELISSIMI

Vallambertus apud Metellum Vat. 6039 f. 364[']; Verusius R. f. 78, B. f. 38 (inde de Vita cl. VIII n. 8 et ex eo Donat. 318, 3; Garrucci Ben. p. 159).

1718 [= 1810] litteris antiquis, sed evanidis. Beneventi in ecclesia cathedrali.

QVIA ALMOI // I
HERMIONA · SCAVRA
C // // I NEPOS SYROPHOENIX
VIVOS FECIT

Descripti ego, recognovit post Hirschfeldium Dressel et explevit.

1714 [= 1583] Beneventi in limine portae arcis GRVT. in domo D. Caesaris Ciffi ADSCR. AD GVALT. prope Roscios VERVS. DE VITA.

D · M · S
M · CASINEIO
PAETO
MEDICO · CASI
5 NEIA · ARTEMISIA
COIVX · CVM · QVO
VIXIT · ANN
XXV · B · M · F

Redianus f. 119['] n. 36; Francus Cic. n. 17 et apud Grut. 633, 4 e Verdero; Accursius II n. 25; Gualterus n. 64; Verusius R. f. 71, B. f. 30. Ab his Pratilli p. 447; de Vita p. 208 et cl. VIII n. 4; Garrucci Ben. p. 157.

3 IAETO Red. — 6 CONIVX Ver. — 7. 8 ANN | XXV · B · M · F Red. Franc. Acc. Gualt., ANN | XXV (ANNOS · XXXV Rom. m. 1) · ET · MENSEM · I Verus.

1719 [= 1652] Beneventi domi Terragnoli vicarii templi VER.

M · LVCILIO · M · L
DIOCLI · TIBICIN
ARTIFIC · ORGAN
LIBERTIS · ET · LIBERTAB
5 EIVS · ARBIT · · ·
M · OFILLI · TERTI

Servavit Verusius R. f. 123, B. f. 38. Inde Pacichelli *lett. fam.* 1, 71; de Vita cl. VIII n. 14 (ex eo Donat. 320, 5). Orelli 4258.

Alter titulus eiusdem M. Ofilli Terti positus Aeclani legitur n. 1309.

1720 Beneventi apud sutorem.

MARCII · F
SERMONIS
VASCVLARI
IN · FR · P · XVII
5 IN · AG · P · XVII

F. Corazzinius misit Henzeno a. 1876 edititque in *annal. musei Beneventani I* (1876) p. 23.

1722 [= ad 1658] Beneventi prope S. Arthellam.

p · MARCIUS p · l.
PHILODAMUS
... TECTOR ...
... ERO ...

Servavit Verusius R. f. 17, B. f. 38 (inde male de Vita cl. VIII n. 12, recte Garrucci Ben. p. 160).

2 fin. hiatus non adnotatur.

XLII. AEQVVM TVTICVM (p. 122).

ad n. 1444. Refert Mazochius syll. ms. acceptam a Richardo Gagliardi, repertam dicens *alla Molinara* a. 1736, stare ibi sub cruce ante forum. — 5 SEQVNDVS litteris EQ ligatis. — In lateribus sunt patera et urceus.

XLIV. PAGVS VEIANVS (p. 133).

ad n. 1511. Edidit de Agostini apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1877 p. 93. Observat P. Camurium Fortunatum recenseri in tabula alimentaria n. 1455 (2, 59) dominum *fundi Lusiani et casae Popillianicae pago Mefano*; eum pagum ibi fuisse videri, ubi titulus hic inventus est, id est in praedio Sabetti extra Pagum chiliom. I a ripa dextra Tamari in loco dicto *le grotte* sparso vestigiis aetatis Romanae.

XLV. BENEVENTVM (p. 136).

Adici potuit locus Symmachi ep. 1, 3: *urbs (Beneventum) cum maxima sit, singuli eius optimales visi mihi sunt urbe maiores, amantes litterarum morumque mirabiles. Deos magna pars veneratur. Privatam pecuniam pro civitatis ornatu certatim fatigant: nam postquam terra movit, nihil paene illis reliqui factum est, sed fractae opes infractos animos reppererunt: pro se quisque operam boni civis affectat.*

ad p. 144. XXV. Professor F. Corazzini in fasciculo primo inscripto *annali del museo d' antichità e della Biblioteca Beneventana* (Beneventi 1876. 8. pp. 38; continuatio non prodiit) edidit titulos adservatos eo

tempore in lyceo Beneventano n. 1556. 1573. 1578. 1580. 1636. 1670. 1709. 1716. 1720. 1721. 1730. 1746. 1748. 1791. 1810. 1849. 1821. 1834. 1842. 1852. 1866. 1868. 1875. 1884. 1887. 1896. 1907. 1914. 1917. 1921. 1926. 1943. 1945. 1947. 1949. 1962. 1985. 1994. 1999. 2015. 2017. 2024. 2026. 2033. 2040. 2061. Libellus ad me adlatus, dum Beneventana imprimebantur, in corpore operis adhibitus est, sed remanserunt quaedam repetita inde in his additamentis.

ad n. 1567. Est etiam in cod. Senensi C. III. 27 f. 44'; item ex de Vita apud Donatum 352, 8.

ad n. 1575. Est in codice Senensi C. III. 27 f. 48 ex ipso lapide ut videtur descripta. Versus recte dividuntur. — Legitur 2 V·C] III — 3 AIOVITA — 5 seq. descriptos non habui.

ad n. 1626. Garruccius Ben. p. 116 adscripsit 'da me trascritta', syll. n. 1621 'ex Verusio p. 41'; quod adnotavi, ut caveant lectores a neglegentia hominis.

ad n. 1681. Repetivit Henzen syll. n. 6414.

ad n. 1703. Refert ex Manutio Ligorius Taur. 18.

ad n. 1720. Corazzini in ed. legit 4 MARCHI, 4 F pro FR.

ad n. 1735. Ex de Vita repetivit Donatus 352, 7.

ad n. 1802. Sub praescriptione '(Romae) trans Tiberim in aede D. Servatoris' legitur apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 178'.

ad n. 1926. Iam in lyceo. Corazzini in ed. legit 2 PHILSIA·///S.

ad n. 1931. Columna per longitudinem secta et transversim inscripta olim Verusio visa, nuper denuo prodiit, cum aedes extruuntur prope ecclesiam S. Iohannis; iacet ibidem. Dressel descripsit sic:

in parte summa lapidis rotunda litteris maioribus, sed levius incisus et aetatis quae videntur posterioris

PIETAS MAR
TENSVM sic

D HISPANIAE · POMPONIÆ M
Q · V · AN · XXVII · M · X · D · XV
5 CONIVGI · INCONPARABILI PON
TIVS PRISCVS MARITVS B M F

Inscriptionem superiorem Verusius non refert. Apparet inde collegium Martensium suorum funerandorum curam egisse; nam etsi posterioris temporis est, hic quoque titulus sine dubio ipse ad sepulcrum pertinuit.

ad n. 1940. Nicastro apud Verusium praescribit haec 'in villa nobilium de Rendina in nurue(?) S. Felicis in magno lapide occidentem versus.'

ad n. 1983. Refert Alciatus cod. Feae f. 77 loco non adscripto.

ad n. 1987. Gruterus refert 833, 1. Accedunt Donius cod. Barb. p. 120 ex libro ant. ms.; Malvasia p. 251 ex schedis Vaticanis; Fabrett. 256, 77 ex Barberinis.

ad n. 2045. Refert item Ferrarinus cod. Paris. f. 37 sub praescriptione 'Bononiae habita a uno Hispano', legens: INFELIX FATVM PRIOR DEBVIT MATER MORI.